

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2508

Auteur(s) : Roger Pelart, d'Ourville [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôtel-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1283, novembre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Roger Pelart vend à l'Hôtel-Dieu de Coutances, pour soixante sous tournois qui proviennent de la donation de Thomas Duboscq, prêtre, pour son obit, une rente annuelle de trois boisseaux de froment à Ourville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CVIII, p. 97-99.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Rogerus Pelart, de parrochia [de Orvilla,] vendidi et concessi finaliter priori et fratribus domus Dei Constanciensis tres bussellos frumenti [annui redditus, ad men]suram dicte parrochie de Orvilla, quos ego eisdem assedi et attornavi in novem peciis [terre, continentibus] novem virgatas terre in parrochia predicta. Quarum prima pecia sita est in pef... [] Gocelin, et butat ad doitum de La Fouqueterie ; secunda pecia sita est ibidem, juxta terram dicti [] doitum supradictum ; tercua pecia sita est ibidem, inter terram Petri dicti Abbatis et terram Emmelote [] Fouquotout a lateribus, et butat ad doitum supradictum ; quarta pecia sita est versus mariscum [] Ricardi Gocelin ex utroque latere et butat ex uno capite ad dictum mariscum et ex alio capite [ad cheminum] per quod itur de la Picoterie apud Ollonde ; quinta pecia sita est ibidem, inter terram dictarum filiarum Ricardi F[et] terram Johannis Fouquotout a lateribus et butat ex utroque capite ad dictum mariscum et ad cheminum supradictum ; sexta pecia est meum maisnagium et vocatur la Torte pièce, sita inter terras dictorum Ricardi Gocelin et Johannis Fouquotout a lateribus et butat ex uno capite ad doitum de la Picoterie et ex alio capite ad terram Guillelmi Vibec ; septima petia vocatur Longa Scrupta, sita inter terras dictarum filiarum Ricardi Foucout et Ricardi Gocelin a lateribus, et butat ex uno capite ad dictum doitum de la Picoterie et ex alio capite ad terram dicti Joseph ; octava pecia est quoddam pratum situm inter dictum doitum de la Picoterie et terram dicti Ricardi Gocelin a lateribus, et butat ex uno capite ad prata dicti Johannis Foucout, et ex alio capite ad communia de la Picoterie ; nona pecia est quoddam mariscum situm inter mariscum dicti Johannis Foucout et mariscum Guillelmi Foucout a lateribus et butat ex uno capite ad doitum molendini d'Ollonde et ex alio capite ad terras que sunt desuper mariscum supradictum. Percipiendos, habendos et reddendos dictos tres bussellos frumenti annui redditus de cetero in perpetuum annuatim, ad festum Sancti Michaelis, et ad dictam mensuram, predictis priori et fratribus et successoribus eorumdem, libere et pacifice, per manum mei et heredum meorum seu per manus quorumcumque tenentium de cetero terras supradictas, quas eisdem specialiter obligavi ad suam plenariam justiciam exercendam, singulis annis, si neccesse fuerit, tam pro istis tribus bussellis frumenti annui redditus quam pro aliis octo bussellis frumenti, quos ego eisdem priori et fratribus debo et reddere teneor annuatim super premissis, ex dono Nicholai

Foucou presbiteri et per homagium mei ; ita tamen quod ego dictus Rogerus et mei heredes non poterimus de cetero terras supradictas alicui alio alieno vendere, dare, honerare, elemosinare nec extra manus nostras ponere nec de redditu amplius honerare, nisi de consensu et pura voluntate dictorum prioris et fratrum aut successorum eorumdem. Tenemur eciam, ego dictus Rogerus et mei heredes, et tenebimus de cetero in perpetuum predictis priori et fratribus et eorum successoribus hec omnia predicta et singula garantizare, deliberare et defendere contra omnes bona fide et in omnibus observare indempnia, vel alibi in nostra propria hereditate, ubicumque sit, valore ad valorem competenter excambiare, si forte garantizare, deliberare et defendere non possemus, salvo tamen jure domini capitalis. Et ego dictus Rogerus juravi, tactis sacrosanctis evangelii, hec omnia predicta et singula me fideliter servaturum, et quod contra premissa per me seu per alium de cetero non veniam ullo modo. Pro hac autem venditione et concessione taliter a me factis, predicti prior et fratres sexaginta solidos turonensium michi dederunt et persolverunt in peccunia numerata, quam peccunie summam dicti prior et fratres habuerunt ex dono Thome de Bosco presbiteri, ad suum obitum faciendum in dicta domo annuatim inter eos. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen, ego dictus Rogerus presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M^o CC^o octogesimo tercio, mense novembris.